

Immanitas in fidelium contra Christianos captivos.

Animam pro fratribus ponendi exemplum dedit Christus.

Admonitio ad Christianos fideles.

Dat. die 1. Martii anno Domini 1074. Pontif. anno I.

Ex Archiv. Vatic.

Roman. 15.

Hispania cu Romana Ecclesia consensus ante Priscillianum, & Arium.

Corruente religione mundana quoque corrumpit opes.

De recipiendo Romana Ecclesie officio.

quo, sicut a plerisque aliis cognovimus, Gentem Paganorum contra Christianum fortiter invaluisse Imperium, & miseranda crudelitate jam fere usque ad Muros Constantinopolitane Civitatis omnia devastasse, & multa millia Christianorum quasi pecudes occidisse. Qua de re si Deum diligimus, & Christianos nos esse cognoscimus, miseranda fortuna tanti Imperii, & tanta Christianorum clade nobis valde dolendum est; & non solum dolere super hac re debita sollicitudini nostrae sufficit, sed animas pro liberatione fratrum ponere, exemplum Redemptoris nostri, & debitum fraternae charitatis a nobis exigit: quia sicut ipse pro Nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus nostris animas ponere. Scitote igitur, nos in misericordia Dei, & in potentia virtutis eius confisos omnibus modis id agere atque parare, ut adiutorium Christiano Imperio quamcivis Deo juvante faciamus. Unde vos per fidem, in qua per Christum in adoptionem filiorum Dei uniti estis, obsecramus, & auctoritate beati Petri Apostolorum Principis admonemus, ut & vos vulnera & sanguis fratrum, & periculum praefati Imperii digna compassione moveat; & vestra virtus pro Christi nomine non invitam fatigationem ad ferenda fratribus auxilia subeat. Quidquid autem super hac re divina Legationibus nobis renunciare studete. Datum Romae Kalendis Martii Indictione Duodecima.

V I.

Admonitio ad Hispaniae Reges & Episcopos, ut Officium Romanum recipiant: nec non confirmatio excommunicationis, & depositionis cuiusdam simoniaci, per Legatos factae.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei Alphonsi & Sancto Hispaniae Regibus ac Paribus, & Episcopis in ditione sua constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

UM Beatus Apostolus Paulus Hispaniam se adisse significet, ac postea septem Episcopos ab urbe Roma ad instruendos Hispaniae Populos a Petro & Paulo Apostolis directos fuisse, qui destructa Idolatria Christianitatem fundaverunt: Religionem plantaverunt: ordinem, & Officium in divinis cultibus agendis ostenderunt: & sanguine suo Ecclesias dedicaverunt: Vestra diligentia non ignoret, quantam concordiam cum Romana Urbe Hispania in religione & ordine divini officii habuisse satis patet. Sed postquam vesania Priscillianistarum diu pollutum, & perfidia Arianorum depravatam, & a Romano ritu separatam, irruentibus prius Gothis, ac demum invadentibus Saracenis, Regnum Hispaniae fuit: non solum Religio est diminuta, verum etiam mundanae sunt opes labefactatae. Quapropter ut filios charissimos vos adhortor, & monco, ut vos sicut bonae foveles, etsi post diuturnas scissuras, demum tamen ut Matrem reverentiam vestram Romanam Ecclesiam recognoscatis, in quo & nos fratres reperiat; Romanae Ecclesiae Ordinem, & Officium recipiatis, non Tolentanae, vel cujuslibet aliae, sed istius, quae a Pe-

tro & Paulo supra firmam Petram per Christum fundata est, & sanguine consecrata, cui portae Inferi, id est linguae Haereticorum nunquam prevalere poterunt; sicut cetera Regna occidentis & septentrionis, teneatis. Unde enim non dubitatis vos suscepisse Religionis exordium, restat etiam, ut inde recipiatis in ecclesiastico ordine divinum Officium, quod Innocentii Papae ad Euginum directa Episcopum vos docet Epistola: quod Ormisda ad Hispanensem missa decreta insinuant: quod Toletanum, & Pragensis demonstrant Concilia: quod etiam Episcopi vestri ad nos nuper venientes juxta Constitutionem Concilii per scripta sua facere promiserunt, & in manu nostra firmarunt. Praterea sicut de aliis excommunicationibus per legatos Romanae Ecclesiae factis fecimus, depositionem & excommunicationem. quam Geraldus Hostiensis Episcopus cum Rembaldo in Munionem Simoniacum, qui super Symeonem Venerabilem fratrem nostrum Oscensem Episcopum ordinatus erat, ratam esse decrevimus atque firmavimus, usque dum resipiscens de Episcopatu, quem indebite tenuit, sibi satisfaciat, atque inde recedat. Dat. Romae Decimoquarto Kalendas Aprilis Indictione Duodecima.

V I I.

Privilegium pro Ecclesia S. Hilarii Pictaviensis, quae sub protectione Sedis Apostolicae recipitur.

Simile Privilegium dedit Alexander II. PP. anno 1073. Const. Convenit &c.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Canonicis S. Hilarii Pictaviensis salutem & Apostolicam benedictionem.

IGITUR ob reverentiam beati Hilarii Confessoris, cujus corpus in eadem Ecclesia requiescit, cujusque doctrinae splendor non solum de Gallicanis partibus erroris tenebras expulit, verum etiam universali resurgens lumen contulit Ecclesiae, inclinati vestris precibus, praefatam beati Hilarii Ecclesiam a Francorum Regibus, & Aquitaniae Principibus constructam, eorumque praediis, ac bonis ditatam in protectione ac tuitione Sedis Apostolicae specialiter suscipimus, hujus privilegium auctoritatis nostrae decreto indulgentes. Deinde statuimus, ut quaecumque bona praefata beati Hilarii Ecclesia, ex donatione praedictorum Regum & Principum juste possidet, sive in futurum justis modis poterit adipisci, vobis perenni tempore, & sine inquietudine aliqua illibata permanent; adiacentes, ne quisquam deinceps Archiepiscopus, aut Episcopus beati Hilarii Ecclesiam, aut ipsius Canonicos aut clericos excommunicare, aut interdicere praesumat, sed omni eorum causa gravior ex Apostolicae Sedis judicio pendeat. Christina vero, Oleum sanctum, consecrationes altarium, sive Basilicarum, ordinationes Cononicorum & clericorum, a quocumque malueritis catholico suscipiatis Antistite. Ad hoc adiciimus, ut eadem beati Hilarii Ecclesia soli Romanae Ecclesiae subdita permaneat, & de tanta semper libertate, atque

Epist. 29. Vid. superius in Hormisda in Constitut. dat. anno 517. Benedicta Trinitas &c.

Confirmatio sententiae latae a Legatis Apostolicis contra Simoniacum. Foris deest tulus. Dat. die 16. Aprilis anno Domini 1074. Pontif. anno I.

Ex Cod. 1476. Biblioth. Colbertinae editis Baluzii. Miscellan. Tom. VII.

Forasse desideratur Exordium.

Bona omnia, & pia donationes confirmantur.

Canonici vero non nisi Apostolicae Sedis fiat subiecti.

Eorundem exemptio a quocumque Episcopo etiam in receptione sacramentorum.

Annus census Sedis Apostolicae perfolvendus.

Dignitatis privatio, atque anathema contra violatores Privilegii hujus indicitur.

Dat. die 22. Aprilis Anno Domini 1074. Pontif. Gregorii Anno I. leg. XII.

atque auctoritate gaudeat. Ad indicium autem, perceptae hujus a Romana Ecclesia libertatis per annos singulos unam auri unciam Lateranensi palatio persolvat. Si quis autem Archiepiscopus, Episcopus, aut qualibet persona hujus nostri privilegii paginam agnoscent, contra eam temere venire praesumpserit, si quae male facta fuerint, non emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat & in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem illi Loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Datum Laterani X. Kal. Maii, per manum Petri Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii primo anno Pontificatus Domini VII. Gregorii Papae, Indictione XI. (a)

V I I I.

Excommunicationis denunciatio contra omnes, qui detinent bona Augiensis Monasterii, quae Robertus Simoniacus ab illo abstulit.

Gregorius omnibus, ad quos litera ista pervenerint &c.

Ex edit. Card. Carafa.

Exordium.

QUAMquam ad propulsandas omnium Ecclesiarum, & venerabilium locorum injurias ex debito officii nostri, & universali providentia, quam per B. Petrum Apostolorum principem licet indigne suscepimus, solite nobis invigilandum, & elaborandum esse noscimus; his tamen locis apostolicae auctoritatis opem & scutum impensis circumferre dupliciter quodam modo compellimur, quae & in generali sanctae Romanae Ecclesiae membrorum continentia ceteris coquantur, & singulari patrocini privilegia praeter ceteris sortiuntur. E quibus quoniam Augiensis Monasterium huic sanctae, & Apostolicae Sedi quodam principali & individua cohoret linea, de dispersione bonorum ejus valde dolentes, quid Dominus & antecessor noster Alexander venerandae memoriae Papa inde decrevit, recolare, & sententiam nostrae confirmationis in idipsum omnibus, ad quos hujus epistolae nostrae notitia pervenire poterit, destinavimus indicare. Postquam praedictus Dominus noster Papa Robertus Simoniacus & inavorem ejusdem Monasterii nullis admonitionibus nullisque minis ad hoc flectere potuit, ut vel Abbatiam dimitteret, aut pro reddenda ratione sui introitus apostolico se conspectui praesentaret, cognita veritate, quod relicta alia Abbatia ad hanc pretio anhelasset. synodali judicio eum anathematis jaculo, nisi

Quae gesserit Alexander PP. contra Robertum.

(a) Sic emendam Indictionem putavi; anno enim 1074. & quidem die 22. Aprilis, qua electus est Gregorius VII. hic Pontifex literis titulum illum Pontificibus proprium. Servus Servorum Dei nondum praemitterat, ut vidimus Const. I. Mox incongruum videtur Gregorium exemptionis praerogativam ab Episcopali jure concessisse Ecclesiae Pictaviensi ea die, qua electus est, cum nemo non novit, quantum hic Pontifex fuerit in ecclesiastica disciplina vindicanda.

resipisceret, percussit, & sub eadem censura omnibus accepta ab eo beneficia ad praefatum coenobium pertinentia penitus interdixit, cunctaque ab eo disposita apostolica praerogatione cassavit, atque haec eadem per epistolam Episcopo Constantiensi publice praedicanda, & per Episcopatum suum divulganda mandavit. Itaque (miserante Deo) factum est ut ille ab infana occupatione Abbatiae desisteret, sed non ut fautores ejus contra Deum, & justitiam accepta ab eo, Monasterii bona relinquere. Quapropter quoniam illa principali, & haeretica peste depulsa, charissimum sancti Petri filium Ecardium ex ipsa congregatione a constitribus electum, & a nobis diligenter examinatum, Abbatem ibi (auctore Deo) consecravimus, cupientes, ut Monasterium post longas & multas tribulationes jam ad quietem, & monasticae religionis cultum redeat, simili modo omnibus, qui a sepefato Roberto pro defendenda ejus nequitia, aut exhibenda sibi fidelitate, bona Abbatiae in beneficia adepti sunt, sub anathematis districtione, & animadversione interdicimus. Nam cum ille talium institutionum auctor & distributor in loco, ad quem haeretice aspiraverat, permanere non potuit; quibus legibus, aut quo jure isti sibimet vindicabunt, quod sacrilega conventionem caperunt. Unde etiam omnibus Christi fidelibus, qui haec cognoverint, apostolica auctoritate praecipimus, ut eos in nulla penitus Christianae communionis participatione recipiant, dum iniquitatis & mortis suae pretium diabolica aviditate, & temeritate possident. Dat. Romae VIII. Idus Maii, Indictione Duodecima.

Desinit ab incepto Robertus.

Sed qui bona ab eo acceptant, non reddiderunt.

Quare feruntur anathemate.

Dat. die 1. Maii Anno Domini 1074. Pontif. anno I.

Ex edit. Card. Carafa.

Series facti.

I X.

Commissio Trevirensi Archiepiscopo, & Metensi Episcopo pro cognoscenda causa, quae inter Tullensem Episcopum, & quemdam ejus Clericum versabatur.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, Udoni Trevirorum Archiepiscopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Admonere te, frater, ut ea, quae tibi committimus, fideliter agas ex charitate: ut vero velociter ex considerata causarum, vel temporum sit competentia & necessitate: quae quidem utraque in subscripto negotio ita te observare volumus, ut (quemadmodum credimus) fidem te & indefessum nobis cooperatorem cognoscamus. Frater, iste Tullensis (ut fatetur) clericus, ad nos veniens, conquestrus est nobis, quoniam iratus sit ei dominus suus, videlicet Tullensis (ut dicitur) Episcopus, se exulem factum, & omnibus rebus suis expoliatum, supplicans, ut apud apostolicam pietatem tantarum miseriarum aliquam inveniret consolationem. Nobis vero, cur hoc sibi acciderit, diligenter inquirentibus, retulit se ab Episcopo quamdam Ecclesiam postulasse, quae ad officium custoditae, quod tenebat, legali constitutione dicitur attingere. Quae de re commotus Episcopus, cum ei non solum hanc denegaret Ecclesiam, sed totum officium per summam interdiceret obedientiam, respondit se non debere sibi obedientiae reverentiam, quoniam Ar-

Archidiaconatus, consecrationes Ecclesiarum, & ipsas Ecclesias vendendo, simoniaca hæresi se commaculasset: cum muliere quadam in publica fornicatione jaceret, de qua filium genuisset: quamque rumor esset sacramento, & desponsatione laicorum more sibi copulasse & præterea quod nonnulli, cum ad Episcopatum passionem præmii pervenisse dicent. His auditis Episcopus, quasi de manifestis culpis poenitens, & de sua correctione tum cum hoc solo, tum cum cæteris fratribus loquens, tandem manifesta indignatione & ira super istum inflammatus est. Egressoque ab urbe Episcopo paulo post milites ejus (utpote non ignorantes voluntatem Domini sui) huic omnem securitatem abnegaverunt, & intra claustrum ei minati sunt in faciem. Quos cum insidiari vite suæ, & honori intelligeret, clam discessit, ut sua absentia temperaret severitatem hujus furoris. Episcopus vero confestim sua omnia diripi & publicari præcepit, & ita iste exulem se & egeum jamdiu fuisse conqueritur. Verum hæc nobis inordinata, & valde iniqua videntur; Quoniam si illa vera sunt, Episcopus, imo Exepiscopus non hunc, sed conscientiam suam odisse, & persequi debuerat: Sin vero falsa (& utinam falsa) non tamen per milites, sed per disciplinam Canonum, justum corripere, & flagellare equum fuerat. Quocirca fraternitatem tuam apostolica auctoritate communitam, & in hac causa sustulam esse volumus, ut convocato & adjuncto tibi dilecto confratre nostro Herimanno venerabili Episcopo Metensi, Tullensem conveniatis, eumque, ut Clericum istum sine omni periculo vite, & securum ab omni contumelia in claustrum suum recipiat, & officium custodiæ cum Ecclesia, quam postulavit, si juste attinet, cum cæteris omnibus justis pertinentiis, & utilitatibus suis, & præposituram suam, & officium scholarum, nec non omnia ablata sibi bona, & tam irrationabiliter illata damna, restituat, apostolicis jussionibus commoneatis. Deinde convocatis Tullenibus Clericis, per veram eos obedientiam; imo sub comminatione anathematis constringite, ut quicquid de introitu & vita Episcopi sciunt, vobis aperiant, & vos undique explorata veritate, quid nobis inde credendum sit, in synodo, vel ante synodum, quam in prima hebdomada Quadragesimæ celebraturi sumus, per literas vestras notificare nullatenus præmittite. Quod si Episcopus (ut optamus) innocens de tot ac tantis criminibus apparuerit, quod Clericus temere peccavit, quoniam ad nostram venit audientiam, qualiter juste corrigatur, Deo aspirante, procurabimus. Si vero Episcopus ea quæ sibi intenduntur, veraciter remove non poterit, nullo modo ferendum est nobis vel vobis ut locum pastoris lupus obtineat. Has autem literas idcirco aperte sigillari præcepimus, ut certior vobis auctoritatem traderemus. Dat. Romæ XVII. Kal. Novembris, Indictione XIII.

Committit Trevirensi Archiepiscopo & Metensi Episcopo communitatem hujus causæ.

Clericum tamen reddendum monet.

omniaque ablata bona eidem restituenda.

Tum convocatis Tullenibus Clericis inquirendum de moribus Episcopi.

Et ad Sedem Apostolicam referendum.

Dat. die 16. Octobris anno Domini 1074. Pontificis anno II.

X.

De illegitimis ad Ecclesias non promovendis, & de constituendis Coadiutoribus.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, charissimo in Christo filio Sanctio Hispaniarum Regi, salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Archiv. Vatic.

Sancti Regis in Sedem Apostolicam devotio.

Quoniam erga reverentiam sanctæ, & Apostolicæ Sedis regiam Nobilitatem tuam pia devotione, & amore fervere intelligimus; te & regnum tuum dignis honoribus sublimari cupimus, & Apostolicam benevolentiam non solum in nostro, verum etiam in quocumque tempore tibi, & causis tuis sincere charitatis affectum præbere desideramus. Cæterum, quod nos de causa Aragonensis Episcopatus & consuluisti, & te quodammodo velle significasti, diu & multum volentes, & cum filiis sanctæ Romanæ Ecclesiæ pertractantes, incongruum fore previdimus, quoniam in eo Canonica decreta Nobis obviare cognovimus. Veniens enim ad nos, sicut nosti, confrater noster Sanctius Aragonensis Episcopus, multa nobis de infirmitate corporis sui conquerens deserendi Episcopatum a nobis suppliciter licentiam postulavit, quod eum morbo confectus & penes consumptus diutius competenti ministerio regere & custodire non possit. Atque ut facilius hoc impetraret, indicavit nobis de duobus Clericis, quorum alterum in Episcopatum eligi, tuam, & sui ipsius voluntatem, atque consilium fore nunciavit. De quorum vita & conversatione eum interrogantes, alia omnia, præter quod de concubinis nati erant, bona satis & honesta accepimus: & quia venerandi Canonici ad Sacerdotii gradum tales probe contradicunt, probare eos non satis cautum fore putavimus; ne quidquam a nobis contrarium sanctis Patribus in exemplum & auctoritatem posteris relinqueretur. Solet enim sanctæ & Apostolicæ Sedes pleraque considerata ratione tolerare, sed nunquam in suis decretis & Constitutionibus a concordia Canonice traditionis discedere. Quapropter noverit dilectio tua, Nos ita consuluisti, & præcepisti Episcopo, ut ipse quantum possit Episcopali officio in spiritualibus insistens, & auxilia comprovincialium Episcoporum petens, ad peragendas exteriores & inferiores curas, talem Clericum in Ecclesia constituat, qui ad tantam procuracionem providus, & si res postulaverit, ad percipiendam Episcopalis officii Dignitatem, & ordinem sit idoneus. Quo per annum unum aut amplius in Ecclesia consistente, si divina Clementia interim Episcopo vires corporis, & sanitatem reddiderit, sicut justum est ipse in loco suo super Dominicum Gregem vigilans consistat; si vero infirmitas, & debilitas corporis sui adaugeta fuerit, & administrationem commissæ sibi curæ nequaquam exequi poterit, tunc demum, si illius vita, mores, & disciplina probabilis fuerit Apostolicæ Sedi, tuis & Episcopi literis, nec non sub testimonio Cleri ejusdem Ecclesiæ denunciatur, & de ordinatione Ecclesiæ deliberato consilio certa vobis, & salubris, annuente Deo, responsio dabitur. Verum hæc nequaquam tam absolute dixissemus, nisi quod Episcopo, se excusanti, & impedimentum suæ infirmitatis proponenti fraternæ compassionis auditum denegare non potuimus. Hæc igitur, dilecte fili prudenter considera, & ad observanda nostra monita Episcopum, quantum potes, adjuva, quatenus & tu a Beato Petro Apostolorum Principe ad regendum tibi commissum Populum, adjuvari, ejusque meritis a peccatorum tuorum vinculis absolutus æternæ beatitudinis gloria in Regno Christi, & Dei merearis perfrui. Dat. Romæ Octavo Kalendas Februarii Indictione XIII.

Absurdum, ut is qui ex illegitimo matrimonio natus est, ad Episcopatum gradum ascendat.

Sedes Apostolicæ, quamvis multa tolerat, ipsa tamen a Canonice Constitutionibus non discedit.

Ob morbum Episcopi potest constitui coadjutor in jurisdictione exercenda.

XII.

Concordia super controversia inter Moravensem, & Bragensem Episcopos a Gregorio PP. in Concilio ambarum partium consensu composita.

Ex edit. Card. Garase.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei.

Quoniam ad memoriam, semperque dilucidandam causarum negotiorumque veritatem nihil aptius, nihil durabilius, quam scripturarum paginas æstimamus; qualiter his & discordia, quæ inter confratres nostros videlicet Joannem Moravensem Episcopum & Geboardum Bragensem de quibusdam decimis & curtibus diu protracta est, tandem per passionis convenientiam in Apostolica Sede determinata sit, per literas nostras non modo præsentibus, sed & futuris notum fieri volumus. Hæc enim causa cum in secundo nostri Pontificatus anno residentibus una nobiscum in basilica Salvatoris multis Fratribus, convocatis etiam & coram postis supradictis Episcopis ad audientiam nostram, & totius ibidem congregati Concilii perlata sit, diu & multum inquisita, atque rimata tanta ambiguitate, & perplexionibus involuta videbatur, ut ad sinceram veritatis & justitiæ explorationem per ea, quæ tunc adhibita sunt judicia, perducere non posset. Verum, ne illorum altercatio absque pacis interventu diutius, aut fraternæ odia, aut aliqua periculosa hinc, vel illinc studia accenderet; cum consilio Fratrum nostrorum causam ita ex æquo dirimi constitui- mus, ut omnia, de quibus inter eos contentio foret, per medium dividerentur, & hic unam, ille alteram partem interim absque omni inquietudine tenerent, donec si apertiora judicia sive scripto, aut congruis testibus invenire possent, diligentissime investigarent. Ad quod faciendum, ne forte suscitandæ litis infinitæ alterutri daretur occasio, terminum quoque eis decem annorum præfiximus, ut qui certis approbationibus ad justitiam se pertingere posse confidit, infra prælibatum terminum proclamandi, & consequendi jus Ecclesiæ suæ, licentiam & potestatem habeat: & si alterum horum, vel utrosque (quod non optamus) interim obire contingerit, successores eorum in eadem passione & constitutione permanere debeant. Ex ea autem parte, qua præfatus terminus, aut sub silentio, aut non ostensa veritatis & justitiæ, propter quam clamet approbatione, transductus fuerit, nullus deinceps locus, nulla proclamandi occasio, aut super hac re renovandæ quæstionis licentia supersit. Hoc igitur modo prænominatos Episcopos in nostra præsentia pacificatos, & præscriptæ definitioni gratum (ut videatur) adhibentes assensum, ad propria cum apostolica benedictione, & fraternæ charitate, dimisimus. Hoc ab omnibus inviolatum, & perpetuo inconcussum fore apostolica auctoritate præcipimus atque sancimus. Dat. Romæ, VI. Non. Martii, Indictione decima tertia.

Exordium.

Series facti.

Divisio rei controversæ, donec congrua magis ratio alterutra ex parte afferretur.

Terminus decem annorum utrique ad probationes producendas concessus.

Dat. die 10. Martii anno Domini 1075. Pontificis Gregorii annuoli.

mitatis proponenti fraternæ compassionis auditum denegare non potuimus. Hæc igitur, dilecte fili prudenter considera, & ad observanda nostra monita Episcopum, quantum potes, adjuva, quatenus & tu a Beato Petro Apostolorum Principe ad regendum tibi commissum Populum, adjuvari, ejusque meritis a peccatorum tuorum vinculis absolutus æternæ beatitudinis gloria in Regno Christi, & Dei merearis perfrui. Dat. Romæ Octavo Kalendas Februarii Indictione XIII.

Dat. die 11. Januarii anno Domini 1075. Pontificis anno II.

Ex edit. Card. Garase.

Petitio.

Monasterii libertas confirmatur. Sicut etiam bona omnia eidem hæcenus concessa, vel in posterum concedenda.

Neminem ibidem Canonice ordinari statuitur, nisi prius regulariter se victurum professus fuerit.

Præpositi, & ministri electi ad ipsos spectare decessentur. Confirmatio Privilegii hujus.

Dat. die 9. Martii anno Domini 1075. Pontificis anno II.

XI.

Privilegium Abbatie Romanæ, super fluvium, Iseram constitutæ.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei Fratribus consistentibus in Abbatia Romana, super fluvium Iseram constituta, salutem & apostolicam benedictionem.

Fidelitatis ac devotionis vestre studia, quæ per legatos vestros nostris auribus intimatis, accepimus. Petistis, ut Romana Ecclesia libertate, quam vestra Ecclesia ab antecessoribus nostris hæcenus habuit, vos donaremus. Scripsisti etiam (quod nos valde lætificat) quoddam scilicet vestrum regularem Canonicamque vitam incipisse: quibus quædam Ecclesiæ vestre bona vos concessisse denunciastis, rogantes, ut hæc nostra firmaremus auctoritate. Vestre itaque bonæ intentioni congaudemus, & ut semper in melius proficiatis, optamus: petitionibusque vestris, obtentu filii nostri Hugonis Diensis Episcopi, & vestri dilectione, annuimus, & Romanam libertatem (sicuti postulat) concedimus. Illa vero, quæ fratribus vestris regularibus Prepositus vester Herimannus, & vos donastis, & statuistis, quæ & literis ad nos missis inferuistis, videlicet quicquid ipsi de bonis ejusdem Ecclesiæ prius habere videbantur, & quicquid ex vobis ei se sociare regulariter voluerint, vel quod illis de suis aliquid dederit, nos quoque donamus. Possessiones autem & dispensationes Ecclesiæ, quæ datæ fuerint, ad mensam fratrum regulariter inibi viventium pertinere, & nullum ulterius ibidem fieri, aut ordinari Cononicum, nisi qui regulariter se victurum professus fuerit nostra auctoritate statuimus. Prepositum, vel Abbatem seu cuiuslibet dispensationis ecclesiasticæ ministrum, nisi quem communis electio fratrum regulariter viventium suæ professionis secundum Deum elegerit, vobis præferre, apostolica auctoritate prohibemus. Ne quis autem hæc a nobis salubriter statuta violare præsumat, virtute sancti Spiritus, & potestate nobis a Deo collata interdiciamus. Ecclesiam vestram, quam per legatum Apostolicæ Sedis reconciliari quæstis, præfato filio nostro Diensi Episcopo, qui & Romanus, & Viennensis Ecclesiæ filius est, consecrandam commisimus.

Dat. Romæ VII. Id. Martii Indict. XIII.